



THeodericus eruditione & pietate apud Leodienses anno Christi 1120. in magna autoritate fuit. itaq; S. Trudonis abbas electus est. Cū autem eo tempore multi iam abusus in Ecclesiam irrepissent, atq; pontifices & sacerdotes suo fastu à prioribus illis multum desciuissent, ipse miserandum Ecclesiæ regimē unā cum multis alijs doctis uiris animaduertit & deplorauit. in primis autem Romam urbem ob Simoniam insectatus est, non solum quod ob pecuniam dabantur honores, sed etiam quod pro indignissimis darentur. Vnde inter alia sapius dixit, Simonē magum Romæ pro Petro regnare. Erat etiā insignis sui temporis poe

ta. Itaq; inter alia scripsit:

Ecce domum pacis auis quatit impietatis,
 Malleus argenti confringit ouilia Christi,
 Res nimis iniusta fit numus præful & abba,
 Cerne lupum monachum. Item:

Roma caput mundi tu quondam talibus ultrix,
 Aut citius uenias ultrices red dere pœnas,
 Aut caput ut fueras, modò caudæ uictima fias.
 Si sis uenalis, quod quondam Numida risit,
 Emptor non deerit: tu uendes atq; peribis
 Talibus ipse deus quondam cum ueste minatur
 Mensas & sedes de sacris ædibus arcens.

Dic, sint Maranatha, Deus, hi, dic, sint anathema, Myr. in Cat. test. Verit.